Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qui pauperes eius insanis motibus persecuntur ⁊

Eripe me dne ab homine malo · a uiro iniquo eripe me ⁊

Quia cogitauer iniquitates in corde · tota die constituebant proelia ⁊

Acuerunt linguam suam sicut serpentes · uenenū aspidū sub labiis eorum ⁊

Custodime dne de manu peccatoris · ab hominib, iniquis eripe me ⁊

Qui cogitauer supplantare gressus meos · absconderunt superbi laqueum mihi ⁊

Et funes extender in laqueum · iuxta iter scandalum posuerunt mihi ⁊

Sciens mater ecclesia quanta in membris suis ab insidiis diaboli pateretur ⁊ clamat ad dnm qui solus suas potest superare nequitias ⁊ hominem malum appellamus diabolum ⁊ Vir iniquus est · homo sequax diaboli ⁊

Per linguas enim significat uerba hereticorum · quae uulnerare contendunt corda fidelium ⁊ Venenum aspidum · quoniam uidentur amicitiae uerba habere · plena sunt ueneno mortifero ⁊

Supplantare proprie dicimus · quando plantis nostris terra subducitur · ut in tenebrosas foueas grauiter incidamus · quod nobis facit diabolus cum peccatorum foueas parat ⁊ Superbi · heretici sunt · qui prauis dogmatibus populos decipere potius quam docere festinant ⁊

Grauiora sunt semper pericula · quae habentur occultu · significat hereticos · qui prauis docmatibus · in sacrilega certumina proruperunt ⁊ Totu die · ut nullu eos lassitudo · nullu temporis longinquitus mitigaret ⁊

Peccator · iterum diabolum significat · qui multos dolis · multos fallit insidiis ⁊ Secuntur etiam eius ministri · quoniam quo dno potuerit aliquando per se occulte · per suos sequaces publice conatur implere ⁊

Extendunt ipsi funes · id est tortuosas et dolosas obiectiones · quibus capiant sensus humanos ⁊ Iuxta iter dicit · quoniam non capiunt nisi illos · qui a recto calle discedunt ⁊